

gum aliosq; conuentionis principes quos
rome ad patrandam facinorosa ut supra diximus
reliquerat proditos a legatis allobrosum et in
senatu conuictos ultimo tandem supplicio affectos
perisse audiuit quasi desperans conata perficere
fugam arripere et in galliam transalpinam fu-
gere constituit. At ubi. Q. Metellum celerem
qui cum tribus legionibus in agro piceno preside-
bat castra prope mouisse et ea parte qua sibi
in galliam properanti descensus erat ut fugie-
di facultate preperet sub ipsis radicibus mon-
tium confectis agnouit. satius esse duxit. C. An-
tonio consule proprijs agminibus confugere et
fortunam belli tentare q̄ si ibidem comoraretur.
donec omnis romanorum copie una coniungeren-
tur. Antonius enim et si pedibus eger esset po-
tagiaq; cruciaretur ipsum tamen roma egre-
diens magnis romanorum exercitibus tanta ce-
leritate persecutus erat. ut iam a castris suis non
procul abesse uideretur. nec Antonius detreta-
uit certamen. per hunc itaq; modum utriusq; exer-
citus infestis signis obuiam procedentes mani-
in uicem conferere ceperunt. ac tanto ardore ani-
morum tantoq; impetu structis & aduersis a-
ciebus dimicauerunt. ut pleriq; pugnantis tru-